

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 15. Habent etiam contra se legitimam Scripturæ interpretationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

93

etenavit, dicent: hic calix novum Testamentum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescumque biberis, in meam commemorationem.

145 Hoc dicitur, & perspicua verba Salvatoris (uti Tridentinum aut loco citato) à sanctis Evangelistis commemorata, & à D. Paulo postea repetita, cum proprio illam & aperiissimam significacionem praesertim vere, reals, & substantiali presentem eisdem Salvato is, in hoc Sacramento, juxta quam à Patribus intellecta sunt (ita enim Majores nostri omnes, quoque in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento differuerunt, aperiissime proficiunt, ut videat licet apud laudatos Authores Bellarminum, & Gareatum, necnon apud piiissimum Contensem to. 8. difserit i. c. i. ubi clarissime proficit testimonia SS. Dionysii, Ignatii Martiris, Justini, Irenaei, Tertulliani, Cypriani, Hilarii, Ambroxi, Cyilli Hierosolymitan, Optati Milevitani, Basili, Gregorii Theologi, Gregorii Nylieni, Epiphani, Chrysostomi, Hieronymi, Augustini, Cyrilii Alexandrinii, Leonis Magni, Gregorii Magni) in dignissimum sane flagitium est, ea à quibusdam contentivis & pravis hominibus ad fiducios & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur, contra universam Ecclesiam sensum detraheri, quae, tanquam columnam & firmamentum veritatis, hec ab impio bonorum exigitata commenta, velut satanica, decepita est, grato semper & memore animo praestans summum hoc Christi beneficium agnoscens.

146 Si enim sponsa Christi Ecclesia columnam est & firmamentum veritatis (uti revera sit, teste Apostolo 1. Timoth. 3.) à veritate aberrant, in modo impudentes sunt, quicunque, in re tam momentosa, ipsam erroris arguent. Praesertim cum dicitur ac perspicua verbis illis in ita, Christum sub speciebus panis & vini verè, realiter & substantialiter praesentem, in toto Orbe Christiano temper crediderit, semper adoraverit, in eaque fide & adoratione à septendecim laceris tempore perficeraverit.

147 Incredibile verò est columnam & firmamentum veritatis in errore tam grandi per tota laceria permanuisse, ut pro Deo fractulum panis per mille septingentos annos adoraverit. Incredibile (inquam) universam Ecclesiam in errore tam grandis à Christo derelictam tuasse, contra solemnem promissionem, quam ipsi fecit in Evangelio, se esse illi adulterum usque ad consummationem factum, & ita adiutorum, ut portae inferi adversus eam nunquam forent praevalitores.

148 Atqui portae inferi aduersus eam prævaluerint, si eam in errorem tam grandem induxissent, in coequo tota laceria detinuerint. Vana proinde, in modo falla fusil illa Veritatis promissio. Quod absque blasphemia dici nequit.

149 Ei si Ecclesia universa, post solemnem illam promissionem, & octo Conciliorum Generalium declarationem, in articulo tanti momenti equidem errasset, aque ciuitatum erraret, nonque cum ipsa, verè Christo Salvatori dicere possemus: Domine, si error est, à te decepti sumus. Tu enim verbis plenis ac periphiis de veritate carnis & sanguinis tui in hoc Sacramento Ecclesiam tuam sponte docuisti. Tu etiam, Domine, præcepisti, ut Ecclesiam nos id per tota Concilia docentes audiemus, in tantum, ut dixeris: Quia Ecclesiam non audierit, sit ibi velut Eboracum & Publicanus. Tu denique Ecclesiam tuam per Apostolum tuum, columnam & firmamentum veritatis appellasti. Ergo si eam in re tam momenti docentes audiendo erramus, à te decepti sumus. Si enim erramus, erramus, quia tibi (sic præcepisti) obediendo, eam sic docentem auditimus,

ne (te Judge) simus veluti Ethnici & Publicani. Ideo ergo erramus, quia eam sequimur & audiimus, quam columnam & firmamentum veritatis affirmasti. Tu es autem veritas & charitas.

Impossibile est ergo, quod à te decepti sumus. 150 Impossibile proinde, quod Ecclesiam in tam momentoso Religionis tuae mysterio docentem audiendo erramus. Errant igitur, & palpabiliter errant Zuinghani, & Calviniani, qui eam non audiunt, sed erroris arguent. Tantisque palpabiliter errant, quanto evidenter contra se habent 1°. clara & perspicua verba Scripturae 2°. legitimam Scripturam interpretationem 3°. Traditionem 4°. prescriptionem 5°. Theologicam rationem, ut videbitur in capitibus sequentibus.

CAPUT XIV.

Heresici negantes Christum verè, realiter, & substantialiter in hoc Sacramento praesentem, contra se habent plana & perspicua Scripturae verba.

151 **T**am enim plane, tam perspicue Christus in Scriptura dicit: *hoc est corpus meum; quam Spiritus sanctus in eadem Scriptura dicit: Verbum caro factum est. Verbum, Pater & Spiritus factus ēi, hi tres unum sunt.* Tam aperiē ergo illa Salvatoris verba significant Christi corpus verè, realiter & substantialiter esse in hoc Sacramento; quam verba ista Spiritus sancti significant Verbum verè, realiter & substantialiter esse incarnatum, tregue divinas Personas esse verè, realiter & substantialiter unum Deum. Necnon enim verba illa Salvatoris propriam illam & aperiissimam significacionem præ se minus ferunt, juxta quam ab oculo Concilii Generalibus, & à Patribus omnibus intellecta sunt; quam verba ista Spiritus sancti: nec minus flagitium est, priora illa verba ad fictitious & imaginarios tropos, quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur, contra universam Ecclesiam sensum detorquere; quam posteriora verba ad similares tropos, quibus negatur veritas Dominice incarnationis, unitatique reals & substantialis trium divinarum Personarum.

CAPUT XV.

Habent etiam contra se legittimam Scripturam interpretationem.

152 **U**t enim Scripturæ interpretatio legitima sit, servanda est regula magistralis eam interpretandi, tradita à SS. Patribus, Basilio honi. 9; in Hexameron, & Augustino 1. 3. de doct. Christi c. 10. 11. & 19. necnon de Genesi ad litter. c. 1. & 7. tunc utique Scripturæ verba in proprio sensu accipienda esse, quando plane, perpicue & ad litteram significant aliquid spectans ad fidem, vel mores, nullaque necessitas cogit, ea à proprio & literali sensu, ad tropicum & imprimum detorquere.

Et ratio evidenter demonstrans necessitatem 153 servandi regulam illam, est quia omnis Scripturarum de medio tolleretur autoritas, omnique heresi aperta foret janua, si proprium litteralemque sensum tunc abjiceret licet; nihil tam foret in laceris litteris adeo manifestum, nihil tam receptum in Ecclesia, quod trahere non licet ad imprimum sensum. Nihil ergo fixum, nihil per certitudinem è Scriptura erui potest, dum eam ad figuram & tropum pro arbitrio suo quisque trahet; sed Scriptura semper diceret, quod cuique placueret, non quod Spiritus sanctus per eam intelligi vellet.

M 2

254 Ex quo ulterius fieret, quod nulla fidei mysteria, nec veritatem quidem Trinitatis, Dominicæ Incarnationis, Passionis, Mortis, Resurrectionis, &c. contra negantes ex sacris Litteris evincere possemus. Quidquid enim, quamlibet planum & perspicuum, ex sacris Litteris allegaverimus, ad sensum tropicum & impro prium, cum Ariatius, Sabeilianus, Eutychianus, Nestorianus, &c. detorquentibus, prout Augustinus obseruavit cap. 10. citato: *Si animum præoccupavisti alicujus erroris opinio, quidquid alter offeruerit Scriptura; figuratum homines arbitrantur.*

255 Idque Ecclesia in dictis hereticis experta est: cùm enim Ariani expressam in Scriptura viderent naturæ divinae Unitatem, præoccupati errore, negante Personarum Trinitatem, pariter apertis Scriptura testimoniis assertam, posteriora ista testimonia ad sensum tropicum & impro prium detorquentes, Trinitatis mysterium fufulerunt. Sabilianii econtra Trinitatem secundum posteriora illa testimonia recipentes, nec capientes quomodo naturæ divinae Unitas cum Personarum Trinitate confluat, idque perspicua de ista Unitate sacrarum Litterarum testimonia ad sensum tropicum inflecentes, deque in propria & figurata Unitate gloriante, tres Deos uti tres Personas asseruerunt. Nestoriani simili Scripturarum depravatione, duas in Christo Personas, uti duas naturas posuerunt. Unicam econtra natum Eutychiani, uti unicam Personam. Et idem est proportionaliter de Ebionitis, cum Ebione & Chetrio negantibus Christi divinitatem; idem de Cerdonitis, Marcionitis, Manichæis, post Saturninum, & Simonem Magum negantibus veram in Christo carnem, adeoque negantibus utram Veram Incarnationem.

256 Contra quos omnes in vanum Zuingiani & Calviniani sacra proferent testimonia. Neque enim clariora producent, quam allata verba Salvatoris pro vera, reali & substantiali praesentia carnis & sanguinis ejusdem Salvatoris in hoc mysterio. Quia proinde si liceat ipsi ad sensum in proprium tropicumque detorquere, licebit, & Ebionitis, Chærithianis, Cerdonitis, Marcionitis, Manichæis, Ariani, Sabellianis, Nestorianis, Eutychianis pariter detorquere sacra qua adversus ipsos testimonii proferent pro veritate carnis, & divinitatis Christi, pro veritate mysterii Trinitatis, pro unica in Christo Persona, dubiusque naturis, &c. Nec erit qui veteres illos hereticos ex Scriptura convincere poterit, nisi per allatum sacra testimonia interpretandi regulam, infinitum utique proprio sensu Scripturæ, quem verba liquido præ se ferunt, nisi manifesta neccesitas, id est nisi alius perspicuus Scripturæ textus, vel Ecclesie sensus, vel Patrum consensus manifeste cogat ad in proprium.

257 Nulla vero manifesta neccesitas Zuingianos & Calvinianos magis cogit ad detorquendum verba Salvatoris à proprio sensu ad in proprium, quam veteres illos hereticos ad similiter detorquendum sacra oracula, que contra ipsos proferuntur.

258 Imò neccesitas cogit verba Salvatoris in proprio accipere sensu. Cum & id materia subiecta possit, & circumstantia temporis, & personarum, quibus Salvator loquebatur, sicut & circumstantia finis quem intendebat.

259 Si enim materiam subiectam intucamus, sive id quod tunc Salvator aget, Testamentum utique novum condebat (Juxta illud Lue. 22. hic calix novum testamentum est in meo sanguine.) Testamentum vero sicut condi oportet verbi planis & perspicuis (hoc enim ratio & aequitas postulat ab omni testatore, ne si suprema sua mandata, posseveremque voluntatem, verbis obscuris & ambiguis exprimit, non tam heredes & legatarios

instituat, quam litigatores, in expensas litium hereditatem effusuros) sic plana & perspicua testamenti verba, planè, propriè & ad litteram intelligere oportet. Eadem quippe ratio & aequitas, que postulat prius, postulat & posterius. Neque enim alter præcindit potest occasio rixarum, litiumque feges inexhausta. Et idèo verba testamentorum secundum Jurisperitos, in rigore & proprio verborum sensu, quem præ se ferunt, accipienda sunt, talisque presumenda intentio testatoris, qualiter verborum proprietas planè & diserte significat. Et quis (amabo) Calvinista, cui domum testator legasset, contentus foret imagine domus, si dominum ipsi legatam de domus imagine seu figura per tropum hæres glofaret? Quà igitur ratione, quâ aequitate, dum suum nobis corpus sanguinemque verbis planis & perspicuis Salvator testamento legavit, corporis imaginem, seu figuram & signum interpretantur?

Nec solum Testamentum novum Christus tunc 160 condebat, sed & præcipuum nobilissimumque novæ legis Sacramentum, unicunque sacrificium instituebat. Quod etiam oportebat verbis planis & apertis institui, institutumque clare & aperte à fidelibus cognosci, ne verborum vel sensu obscuritas ipsos conjiceret in periculum errandi circa sensum, primariumque Dei cultum, creaturam pro Deo adorando, falsumque & superfictiosum sacrificium, à Deo verè non institutum, quotidie Deo offendo. Si enim leges, multò minus Sacramenta, sacrificiaque divina, nonnisi perspicuis & apertis verbis institui, institutaque non obscurè, sed aperte atque perspicue cognosci oportet.

Ipsa quoque circumstantia temporis quo loquebatur, & personarum quibus loquebatur, id ipsum possit. Apostoli quippe loquebatur, quibus nota esse volebat mysteria regni Dei, juxta illud Matth. 13. *Vobis datum est nosse mysteria regni celorum: illis autem (turba Iudeorum) non est datum.* Cumque Apostoli esse deberent primi participes tanti Sacramenti, ut cum debita reverentia ac devotione illud perciperent, necces erat ut plene perciperent quod Christus eis datus. Idque etiam requirebat circumstantia temporis. Eo siquidem tempore Apostoli loquebatur, quo transiit erat de hoc mundo ad Patrem, quodque proinde, si unquam, tempus erat, non jam in parabolis & figuris ea ipsius manificandi, sed palam & aperte, juxta illud Joan. 16. *Venit hora cum Iam non in proverbiis loqueris vobis, sed palam de Pace annuntiabo vobis.* Quod, si unquam, maximè propria suum de hoc mundo exitum Christus implere debuit; cum excentum de hoc mundo possumi ad amicos & domesticos de præcipuis rebus agendis sermones, ab omni obscuritate & ambiguitate esse soleant remotissimi.

Præterea finis illius finalis locutionis erat demonstratio extrema sue in nos dilectionis, ad quam demonstrandam Sacramentum illud Christus in ultima cum amicis suis cena instituit, juxta illud: *cum dilexisset suos, in finem dixit eos, &c.* Cui etiam circumstantia verborum amphibologia, vel obscuritas, seu proprietates sensus non congruit. Neque enim verborum amphibologia, vel impræcias, aut obscuritas congruit extremè amantium candoris, nec perspicue tanti amoris demonstratio. Amici namque, itis in circumstantiis, si unquam, cor suum aperte & rotundè effundunt in finum amicorum suorum. Et quomodo tunc ipsi in tropo & figura sine illius explicacione locutus fuisset, qui figuræ & parabolæ, in quibus aliis loquebatur, ipsi explicare solitus erat? Nullum autem ullibi extat vestigium illius explicacionis.

Igitur omni ex parte neccesarium est, in piano, 163 proprio & literali, quem præ se ferunt, sensu, Christi verba intelligere; nulla vero ex parte neccesarium

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

95

cessarium est, illa ad improprium & tropicum
Eensem detorquere. Nullus enim sacer textus ad
id cogit, neque Ecclesia sensus, neque Patrum
confessus, ut proxime videbimus; immo nec ratio
ulla christiana, fideique (ut christianam rationem
oportet) submissa. Nec enim haec inter se pugnant
(at Tridentum ubi supradicata ut ipse Salvator no-
strer semper ad dexteram Patris in celis assidet,
juxta modum existendi naturalem, & ut multis
sibilioribus aliis in locis sacramentaliter praesens
stata substantia nobis adsit, ea existendi ratione,
quam esti verbis exprimere vix possumus, possibilem
tamen est Deo (apud quem non erit impossibile om-
ne verbum) Luc. 1. & apud quem omnia possibilia
sunt Matth. 19.) cogitatione per fidem illustrata af-
fegi possumus, & constantissime credere debemus,
Christo disertis ac perspicuis verbis id attestante.

C A P U T X V I .

Tertiò contra se habent Apostolum Paulum 1.
Cor. 10. & II. Veterisque Testamenti figuratas.

164 IN priori namque loco: *Calix benedictionis* (inquit) cui benedicimus, nonne communicatio san-
guinis Christi est? & panis, quem frangimus, non-
ne participatio corporis Domini est? *Quoniam unus*
panis, & *unus corpus multi sumus*, omnes qui de
uno pane participamus. Ut quid enim sit: *Calix*
benedictionis, cui benedicimus, nisi ad declaran-
dam necessitatem benedictionis, seu consecratio-
nis, ad hoc ut benedictionis calici participans,
particeps siu sanguinis Domini? Si autem corpus
& sanguis in hoc Sacramento non forent nisi in
tropo & figura, ad hoc opus non foret speciali be-
nedictione, seu consecratione. Sufficeret enim pri-
ma institutio, seu voluntas Christi declarata in
Scripturis, ut confit ex eo quod similiis institutio
divina, sine alia benedictione sufficiens fuerit, ad
hoc ut Manna, Agnus Paschalilis, figura essent Do-
minici corporis. Postò calicem benedictum, seu
ipius participationem Apostolus sic asserit esse par-
ticipationem Domini tanguius (non figura, seu
signi, vel virtutis illius) ut ea de re loquatur velut
fidelibus ex fide nota, nomine, &c. Quod roboret
verbascientia, quibus unus panis, & unus cor-
pus omnes esse dicimus, quia de uno pane partici-
piamus. Neque enim vere hoc Apostolus diceret,
si de pane communii intelligeret. Neque enim un-
um cumdemque panem communem omnes con-
medimus, nec hoc Scriptura dicit; sicut nullibi dicit
quod Judæi omnes cumdem Agnum Paschal-
em olim manducaverint, sed quæque familia
suum. Intellectum vero de eodem pane conse-
cato, qui corpus est Christi, manifestum est om-
nes fideles, ubiqueque terrarum existentes, de u-
no pane, id est uno eodemque Christi corpore par-
ticipare. Sic igitur Apostolus intellexit.

165 Præterea si licet Apostolus non intellexisset, quid
est quod sequenti cap. 11. postquam dixit: *Ego*
enim accepit a Domino, quoniam Dominus Jesus,
in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gra-
tias agens frigat, & dixit: accipite & manducate:
hoc est corpus meum, &c. gravissimam hanc admis-
tionem subiunxit: Itaque quicumque mandu-
caverit panem hunc, vel bibetur calicem Domini
indigne, rens erit corporis & sanguinis Domini,
nisi panem & calicem consecratum intellexisset
vere & proprie esse corpus & sanguinem Domini?
Ut quid etiam tantam probationem exigit ad pa-
nem illum manducandum, & calicem bibendum:
Probet autem scriptum bonum, & sic de pane illo edat,
& de calice bibat? Audi rationem: qui enim man-
ducat & bibit indigne, judicium sibi manducat &
bibit (judicium unique actus sua damnationis)

non disjudicans corpus Domini. Suæ profectæ dam-
nationis aeternæ judicium non manducaret, nec
biberet, si solam figuram vel signum Dóminicí
corporis & sanguinis manducaret & biberet. Ne-
que enim si quis absque debita animi sui proba-
tione seu dispositione Paschalem olim Agnum
manducasset, vel bibisset aquam de petra, reus
fuisset corporis & sanguinis Domini, ut propteræ
mortale peccatum aeternamque proinde damnationem
suam incurrit, tametii Christi corpus
in figura Agni comedisset, sanguinemque in fi-
gura aqua illius bibisset. Cur ergo Christianus,
præ Judæo, judicium sua aeternæ damnationis
hodie comedit & bibit? Difertam perspicuamque
rationem Apostolus reddit: quia non disjudicab
corpus Domini, id est quia panem consecratum
non discernit à pane communii, sed perinde man-
ducat, ac si vere non foret, uti vere est corpus
Domini. Ideo ergo magnam illam suipius pro-
bationem Apostolus exigit, quia panem consecra-
tum manducans judicare debet id quod man-
ducat, non esse panem communem, nec figuram
dumtaxat Domini corporis, ut olim erat Agnus
Paschalilis, sed vere esse corpus Domini, cuius
proinde reus est, si indignè manducat.

Idque amplius appetat ex eo quod Christus in 166
veritate adimpleret figuræ veteris Testamenti,
juxta Apostolum Colof. 2. dicentem, quod fi-
guras illæ umbra sunt futurorum; corpus autem
Christi, id est veritas per illas præfigurata per Je-
sus Christum impleta est. Ad quod etiam signifi-
candum in passione Christi velum templi scissum
est Matth. 27. & Joan. 19. dicitur: lex per Moysen
data est, gratia & veritas per Jesum Christum fa-
cta est. Igitur Christus exhibuit veritatem figuræ
veteris legis, veritatem utique rei quam præ-
figurabat Manna, Agnus Paschalilis, aqua de pe-
tra, sanguis veteris Testamenti, &c. Manna ve-
rò & Agnus Paschalilis figura fuerunt corporis Do-
mini; aqua verò illa & sanguis significarunt san-
guinem ejusdem, de quo utique Christus ait: hic
calix novum Testamentum est in meo sanguine. Si
ergo figuratum illarum veritatem exhibuit, ve-
rum, non figuratum dumtaxat sanguinem suum
nobis exhibuit, cum dixit: hic calix novum Te-
stamentum est in meo sanguine. Verum item cor-
pus, cum dixit: hoc est corpus meum. Cujus fi-
gura fuerunt Manna & Agnus Paschalilis, ut SS.
Pates unanimiter contellantur.

Et si cum accepit deditique discipulis panem & 167
calicem, figuræ tantum dedisset, non veritatem
corporis ac sanguinis sui, Christus per nova le-
gis institutionem, finem non solum non impo-
suisse figuræ veteris legis, exhibuit veritate rerum
quas significabant; sed & figuræ figuræ illis super-
addidisset, & figuræ quidem ignobiliores figuræ
veteris legis, nec tam bene corpus & sanguinem
suum representantes. At hoc dicere non potest: cum
figuræ veteris legis Apostolus supradicatae umbras
futurorum bonorum, & figuræ veteris Testamenti
tanto minus nobiles sint rebus figuratis novi Te-
stamenti, quando novum Testamentum nobilis
est veteri (uti rursum Apostolus testatur Hebr. 7.
& 8.) quando item corpus adumbratum nobilis
est umbra, per quam adumbratur. Quod autem
figuræ veteris legis superaddidisset figuræ ignobi-
liores figuræ veteris legis, nec tam bene repre-
sentantes corpus & sanguinem suum, probatur;
quia Agnus Paschalilis y. g. in se nobilior est, nobil-
iorique seu meliori modo significat Christi corpus,
quam panis seu Eucharistie Sacramentum, si non
est vere, realiter & substantialiter nisi panis. Si
quidem caro Christi aptius per Agnum, quam per
simplicem panem significatur; sicut & mors Christi
per mortem Agni expressius significatur, quam
per fractionem distributionemque panis. Sed &